dispēsek. Et hoc tenēt Jo. an. ꝛ Archi. Aut vult legitimare q̄ ad tēpalia ꝛ honores ꝛ hereditates. Et dico ꝙ pōt in terris imperii sicut ꝛ olim poterat. In terris aūt eccl'ie an possit. dic. Aut legitimat legē gnālē ꝯcēdo. Et dico ꝙ virtus legis se extēdit ad existētes in terris eccl'ie: nō ex ꝟtute legis solū: sed ex gnāli approbatōe eccl'ie. di. io. si i adiutorium. quā facit canon: exquo lex nō repugnat canoni quā papa approbare censek: eo ꝙ nō improbat: vt dixi ꝺ iudi. nouit. Non puto tamē ꝙ tales essent legitimati quo ad spūalia ꝑpter nām materie que nec directe nec indirecte supposita ē ptāti laici. Aut vult legitimare ꝑ rescriptū: ꝛ credo ꝙ non possit in terris eccl'ie nisi eo mō quo s̄. dictū est papā posse in terris imperii. Ibidē ēt tangit ꝙ impator pōt legitiare: vt s̄. dictū est etiā ante coronatōez ꝫm Jaco. de arena. ꝛ Jo. an. Itē dicit ꝙ hēns ptātez legitimādi ab impio: pōt vbi pōt impator ꝫm verba ꝑuilegii, et vbi nō pōt: minus pōt hēns ptātez ab eo. Et silr dico de hētibus ptātez a papa. In habēte ptātem ab imperatore tenet Bar. in. l. ꝑses ff. de offi. ꝑsi. ꝙ nō possit legitimare in terris eccl'ie: quia alius a proconsule non potest extra ꝓuinciā sibi decretā iurisditōem etiam volūtariā exercere. Puto etiā inqt ꝙ habēs ptātē a papa vel a ꝑncipe non possit legitimare ad preiudiciū alterius: etiā respectu spei: q2 tales cōcessiones ītelligunk sine alioꝝ preiudicio. de priuil. pastoralis. cū silibus. hec ille. q etiā ibidem multa alia ꝓsequik ꝺ hac materia. B Quib⁹ aūt modis illegitimus legitimek: hēs. ī. legitim⁹. §. 2°. Et vtrū malitia parētis debeat nocere illegitimo siue cuicunqꝫ filio: habes sup filius. §. 3°. Ad materiā illegitimoꝝ pōt pertinere s̄. filius. ꝛ. ī. legitimus.

Illicite acquisitū.

Quot modis dicik illicite acquisitū. ꝛ quādo restitui debeat vl' i elyaz dari possit: habes s̄. elemosyna ꝑ. §. fi. ꝛ. ī restitutio ꝑ. §. antepl't.

Immunitas.

De immūitate seu emunitate ecclesie aut confugientium ad eccl'iam: vide supra emunitas ꝑ. ꝛ 2°.

Impedimentum

ꝑ cōiter. Circa impedimenta matrimonii ꝑ agem⁹ de impedimēto i genere. 2° de impedimēto erroris ꝑsone. 3° de impedimēto cōditionis. 4° de impedimēto voti. 5° de ipedimēto cogtionis carnalis. s. cōsanguinitatis. 6° de ipedimēto cognatōis spūalis. s. cōpatnitatis. 7° de cognatōe legali. s. adoptōnis. 8° de ipedimēto criminis. 9° ꝺ dispicultu. io. de violētia siue metu. xi° ꝺ impedimēto ordinis. 12° de impedimēto ligationis ad aliā vxorē. 13° de publice honestatis iusticia. 14° ꝺ affinitate. 15° de impotētia coeundi. 16° de matrimonio cōtracto cōtra interdictū ecclesie. 17° de impedimēto feriarū. De ꝑdictis impedimētis sūt ꝟsus i qbus explicātur ꝫm ꝑdictū ordinē sic. Error. cōditio votū. cognatio. crimē. Cultus. dispitas vis. ordo. ligamē. honestas. Si sis affinis. si forte coire neqbis. Hec sociāda uetāt ꝯnubia. iūcta ꝛtractāt. Eccl'e vetitum. necnō tēpus feriarū. Impediunt fieri. permittunt facta teneri.

Que impediunt matrimonium iā contractum? R̄n. 12. sunt que impediunt non solum matrimonium contrahendum: sed etiaz dirimunt contractū que ꝛ continentur in trib⁹ ꝑmis versibus positis in ꝓximo. §. Et intelligas ꝙ dirimunt contractum si ꝑcesserunt matrimonium. Si autem superuenient post matrimonium rite factuz vt affinitas vel crimen ꝛ huiusmodi: non dirimunt. A. etiam si non sit subsecuta copula carnalis: vt in sum. con. lib° 4° ti. 3°. q. i. B. preter vnum votum. s. religionis cuz effectu quādo quis ꝯtracto qdē m̄rimōio: s3 an̄ carnalē copulā

religionē ingredit̄.ex̄ d̄ conuer.cōiuga.ve rū.z.c.ex parte.2°. A.Ibi dicit̄ clare φ cōtracto m̄rimonio legitime per v̄ba de p̄nti:in nullo pōt cāu dissolui:etiā si vn⁹ cōtrahētiū efficeret̄ heretic⁹ vt vi uēte reliquo alter ad secūda vota trās migret:nisi vnus religionē ingrediat̄ A.z de sponsa.cōmissuz.Expectari tñ debz vsq̄ ad p̄fessionē:vt ponit Tho. in 4° di.27. A.i.quousq̄ religioni etiā in genere sit saltē tacite obligatus:vt si nolit vitā absolute mutare:ĩfra qd̄ tēpus beneficiū ingrediētis nō est alti cōferēdū sine eius assensu:vt i.c.bene ficiū:de regula.li°6°. B.Naz āte nō di rimitur etiā s3 Pe.Sile hēs.ĩ.votuz 4°.§.5°.in fi.Aduertēdū φ per suscepti onē sacri ordinis dirimit̄:vt quidaz di cere voluerūt:sed contrariū declaratū est hodie ĩ quadā extrauagāti.Jo.22.que incipit.Antique.

¶ Que sunt illa que ĩpediunt matri moniū cōtrahēdū:sed tñ non dirimūt contractū? R°. p̄ quidē sunt duo predi cta in p̊.§.s.p̄hibitio ecclesie:z tēpus feriarū:de quibus dicit̄.ĩ.ĩpedimentū 16°.z ĩpedimētū.17°.Itē st̄ quedā crimi na:de quibus habetur.ĩ.ĩpedimentuz 7°.§.p̊.Itē ĩpediunt matrimoniū cōtra henduz sponsalia que sunt p̄us cū alia contracta:de quo.ĩ.sponsalia.§.8°.Itez ĩpedit cathecism⁹ qui precedit baptis muz:vt habetur.ĩ.ĩpedimentū.6°.§.2°. Itē ĩpedit votuz simplex:de quo.ĩ.ĩpe dimētū 4°.§.p̊.z 2°.

¶ Utruz aliqua consuetudo ĩpediat matrimoniuz contrahēdū vel dirimat contractuz? R° s3 Hosti.Si consuetu do est approbata per papā ne matri moniū contrahatur:z vt contractū se paretur certe ĩpedit z dirimit.dico in quibuscunq̄ casibus hoc posset facere canonica cōstitutio.ex̄ de cogna.spi.c. p̊.z.c.super eo.extra de cōsan.z affi.qd̄ dilectio.Nā approbatio pape hēt viz constitutionis.Sed si consuetudo non sit per ip̄z approbata nec reprobata tunc ad euitāduz scandalū quod forte sequeretur faciendo contra eaz ĩpedit contrahenduz:sed non dirimit contra ctuz.Idē Ber.z Inno. A.Idē in sum. con.eo.ti.q.2. B.

¶ Quid agēdū quādo doctores discō dāt circa ĩpedimētū matrimonii? R° s̄m Hosti.Ubicunq̄ doctores per glo sas suas dicunt solui matrimoniū:si nō inducant ius expressuz contrariū dicē ti adhereas:ex̄ de testi.l3 ex quadā.in fi. A.Idē in sū.con.eo.ti.q.3. B.

¶ Quid si ecclia p̄cipiat alicui ꝯiugū cohabitare cuz altero:z ille cui p̄cipit̄ sciat esse ĩpedimētuz? R° s3 Hugi.In hoc casu quātuz ad reddēdū debituz nō tenetur obedire.tñ in cohabitatione z necciorū exhibitiōe obedire debet z nō negare ei cui de facto se copulauit. A. Naz obedire debz inquātū potest sine peccato:vt in.c.inquisitioni:ex̄ de sen. exco. B.

¶ Quomō an matrimoniū sit ĩquirē dū an sit aliquod ĩpedimētū? Rn°.De bent banna publice ĩ eccl'iis per p̄sby teros p̄poni:vt infra cōpetētez termi nuz q scit ĩpedimētuz p̄ponat.z si ap paruerit p̄babilis cōiectura cōtra co pulā futurā ĩterdicat̄ exp̄sse donec con stet qd fieri debeat:alr̄ si cōtraherent sine bānis aut post p̄hibitiōes z extite rit ĩpedimētū:vtputa gradus p̄hibi:s tūc filii dicētur illegitimi:z nō excusa būt̄ p̄pt̄ ignorātiā parētū.Sacēdos q3 qui tales cōiunctiōes inhibere cōtēp se rit:vel regularis qui interesse p̄sūpse rit:p trienniū ab officio suspēdat̄.Qui vero falsū impedimētū maliciose ob iecerit:canonicā non effugiet vltionez ex̄ de clā.despon.cum inhibitio.In ali quibus vero locis non fiūt hec banna sed solum cōtrahuntur sponsalia solē niter z publice multū āte m̄rimoniuz z iteriz pōt manifestari an sit impedi mētuz.De matrimonio qd̄ fit sine bā nis.z clādestine aliquid habes.ĩ.legiti mus.§.p̊.2 s̄.debitum.§.fi.

¶ Quid si aliqs audiuit perpetuum ĩpedimētū eē inter se z vxorē:nunqd

tenet ingrere? R. sm Guil. Si audiuit a fidedignis & nõ suspect): cũ non debeat eẽ negligẽs sue saluti: tenet ingrẽ veritatẽ: alr eẽt affectata ignorãtia q̃ ñ excusat: & si cõcipiat pbabilẽ opinionẽ de dicto alicui' nõ debz exigẽ dbitũ lz reddere teneat. A. Idẽ in sũ.con. li. 4. ti.21.q.2. B. Secus si ita inuenẽit veritatem q eẽ impedimẽtũ hẽret p cõstanti: tunc.n.nec exigere nec reddẽ dz A. facit ex de sen.exco.inquisitõi. B. Porro qui tale ipedimentũ audit a viro fidedigno etiã iurato: aut cõpatre suo: aut a pprio sacerdote: aut publica fama nõ ita tenet credẽ q peccet mortalit si nõ credat: sz venialr: sicut etiaz peccare põt qui nimis de facili credit. A. Idem in sum.con.eo.ti.q.4. B.

¶ Nunquid peccat sacerdos vel ali' quicunq sciẽs ipedimẽtũ insinuando h' alteri ɔiugũ vel ãbob' seu alter alti R. sm Guil. Si pbari nõ põt. dicendo agit indiscrete: nisi credẽs q audiens paratus sit in hac parte peritoꝝ ɔsilio obedire. Si vero possit pbare & sciat hoc sacerdos prochialis: vel alter coniugũ: tenet solẽnit ad diuortiũ agẽ nisi de cõi consensu velit & possint cohitare tanq germani. A. Idẽ in sũ. cõ.eo. ti.q.5.&.6. B. Istũ etiã casuz hẽs s̃. correctio.2. §.6.

Impedimentum

2. de errore psone. Sciendum p q nõ ois error ipedit mrimoniuz sz solũ error persone & cõditõis. Cuius rationẽ assignat Tho.in 4. dis.30. dicẽs q oz q error q matrimoniũ impedit sit alicuius eoꝝ que sũt de eẽntia mrimonii. Ipz autẽ matrimoniũ duo iclu dit.s.personas que cõiunguntur: & mutuã ptãtem inuicẽ in qua mrimoniuz cõsistit. Primũ tollitur per errorẽ persone. Secũdũ per errorẽ ɔditõis. quia seruus nõ põt ptãtem sui corporis libe alteri tradere sine cõsensu dñi sui. hec Tho. Itaq si sit error persone nullus est cõsensus. Nã qui errat nõ cõsentit ff. de iurisdi.om.iudi. si per errorẽ: & errantis voluntas nulla ẽ. C. d iur) & fac. igno. l. cũ per testamẽtũ. &. l. nõ icciirco. Et sic nullũ ẽ ɔiugiũ: vtputa si Jobes dicat se eẽ Petrũ. sed error fortune et qualitas nõ excludit ɔsensuz: vt si mulier nubat paupi quẽ credit diuitẽ. vel si qs ɔtrahat cũ corrupta siue inhonesta quã credit ṽginẽ tenet mrimoniũ 29.q.i.his ita. A. Glo. Ray. in ti. de errore psone sup ṽbo ṽgo. dicit q Hug. notat 27.q.2. raptor. q si quis despõsauerit de futuro corruptã quã credidit eẽ ṽginẽ: ɔpta postmodũ ṽitate añ carnalẽ copulã: nõ est cõpellẽdus cõsumare mrimoniũ cũ ea. qz per hoc ipediretur ei' pmotio ad ordines ecclasticos. B

¶ Quid si quis dicat se esse filiũ regis cũ nõ sit? Dicẽdũ sm Tho. in 4. dis.30. q error nobilitatis inqtũ h' mõi non euacuat matrimoniũ sicut nec error q̃litatis. Sed si error nobilitatis vel dignitatis redũdat in errorẽ persõe: tũc ipedit matrimoniũ. Uñ si cõsens' mulieris feratur in istã psonã directe: error d nobilitate ipsi' nõ ipedit mrimoniũ. Si aũt directe intẽdit ɔsentire i filiũ regis qcunq sit ille: tunc si ali' pñtet ei q̃si filius regis: est error psone: & impedit mrimoniũ. Et eodẽ modo vr dicẽdũ si quis dicat se pmogẽitũ & nõ est. A. Ad intelligẽtiã pdictoꝝ sz Ray. & in sũ.con. li. 4. ti.3.q.4. sciendũ q ad h' q aliqs vel aliqua dicat errare in persona: opz q per visũ auditũ vl fama hẽat aliquã noticiã illius psone absentis: quã credit istã pñtẽ. qz i ignotũ penit' nec affectũ nec cõsensũ dirigere possum'. Uñ si nullã noticiã hẽat mulier' de persona abñte nõ errat i ea: sz decipit i pñte. Uerbi gr̃a. Si aliquis ãglicus rusticus veniat ad aliquã mulierẽ nobilẽ dicens se esse filiuz regis ãglie. & cõtrahit illa cũ eo credẽs eum filiuz regis nõ impedit mrimoniũ. qz nõ fuit error persone sed potius q̃litatis. Hoc exẽplũ nõ videt placere Hosti. qz cuz vbiq hẽatur noticia regi ãglie saltẽ p

famā vł ꝙ h̄ sit error ꝑsōe: nec i pn̄tē
personā: sed i ꝑsonā filii regis anglie
cōsētire videt̄. Vn̄ iquit. Intellige hoc
quādo nō exp̄mit aliquā certā locutio
nē ꝑ quā hēatur noticia pr̄is ⁊ filii per
ꝯn̄s: puta dicit se eē filiū regis vł comi
tis in genē: nō dicit cui⁹: vł si specificat
nulla habet̄ noticia filii nec̄ patris.
Itē ꝫm glo. Ray. ⁊ in sū. cō. eo. ti. q. 6. si
aliqua scit aliquē mł̄tos hēre filios q̄
rū tamē nullus ē not⁹ ei. ⁊ vn⁹ eoꝝ mē
titur se esse p̄mogenitū: ⁊ ista cōsētit i
eum ꝓpter spē successiōis bonoꝝ pa
ternoꝝ: nō est error persone: sꝫ fortūe
siue relatōis. s. p̄mogeniture: ⁊ ideo nō
impedit̄ matrimoniū. B.

Impedimentum

3ᵒ de errore cōditiōis. Nota p̄
ꝙ si libera mulier ꝯ̄hit cū seruo vł lib
cū ācilla sciēter: tenet mr̄imoniū. 29. q.
2. si qs liber. ⁊ c. si qs ācillā. ⁊ duob⁹ se.
Si ꝟo ignorāter nullū est mr̄imoniuꝫ
29. q. 2. si qs ingenuus. ⁊ c. si femina: hᵒ
nisi post̄ scIuit ei⁹ ꝯditōem ꝯsenserit
i eū vel i eā verbo vel facto: vt per car
nalē copulā: vt i dict]. c. si qs igenuus. ⁊
c. si femia. ⁊ ex̄ de cōiugi. ser. ⁊ c. ꝓposu
it. ⁊ c. ad nr̄am. A. hoc veꝝ est qn̄ liber
ꝓ certo sciuit seruitutē: vel si ex his q̄
audiuit hūit ꝓbabilē de ea opionem.
tūc. n. si exigat ab ea debitū nō potest
postea eā reliquere. Si aūt habuit le
uē aut temerariā cui credi nō debꝫ: nō
p̄iudicatur ei: ar. ex̄ de sen. exco. inqsiti
oni: cum ēt titubās ꝓ ignorāte hēndus
sit. C. de cōdi. idebi. l. vlt. vt ⁊ notat glo.
Ray. i ti. de ipedimēto cōditōis. B.

¶ Quid si ille q cōtraxit cū ācilla quā
putabat liberā sit seruus: nunqd erit
matrimoniū? Rᵒ ꝫm Ray. lꝫ error ser
uilis cōditōis ipediat ⁊ dirimat: vt di
ctum ē: nō tn̄ dirimit si sit error paris
ꝯditōis vł melioris q̄ sua. Nā si seru⁹
ignorās cōtrahat cū ācilla quā credit
liberā nō decipit̄: nec habꝫ qđ ei obii
ciat: ar. 32. q. 2. ꝑ totū. ⁊ ex̄ de diuoꝛ. signi
ficasti: ⁊ mł̄to min⁹ decipit̄ si ꝯtrahat
cū libera quā credebat ācillam. Con.
Pe. Al. Hoff. Tho. ⁊ Inno. Si tn̄ muli
er ignorasset ꝫuitutē viri nō eēt matri
moniū: vt i p̄. §. dcm̄ est. A. Idē i sum.
cō. liᵒ 4ᵒ ti. 4. q. i. B.

¶ Sꝫ nūqnid error ꝯditiōis libertine
vł ascripticie vł origiarie ipedit mr̄i
moniū sicut ⁊ ꝯditōis ꝫuilis? Rn̄ᵒ ꝫm
Guil. Nō. sic̄ notauit Hug. 29. q. 2. i p̄nᵒ
qꝛ oēs tales sūt liberi: lꝫ ad quasdam
oꝑas pl⁹ ceter] teneāt̄. Idē Hosti. A.
Idē in sum. cō. eo. ti. q. 2. B.

¶ Quid si qs ignorāter cōtraxit cum
ācilla quā dn̄s viro ignorante postea
manumisit: nūqd eo ip̄o ē mr̄imoniū
Rᵒ ꝫm Hosti. Nō. qꝛ talis cohitat qdē
mulieri: sꝫ h⁹ ex p̄mo cōsensu facit: qui
cū fuēit errone⁹ nō fuēit effectiuus ma
trimonii. Cō. Tan. Hof. Inno. ⁊ Ber. B
Alii dicūt ꝙ ip̄a manumissa stati est
mr̄imoniū: qꝛ sublatū ē ipedimētum.
Quoꝝ sn̄iam glo. Ray. credit ꝟiorē: vt
in sū. cō. eo. ti. q. 3. Pōt dici ꝙ si cōstet li
berā personā penituisse h⁹ matrimōii
an̄q̄ altera fuit manumissa nec exp̄sse
nec ꝑ cōiecturas apparet de reuocatio
ne dicte pn̄ie: ꝓcedat p̄ma opinio: qa
an̄ manumissionē cōsensus nō fuit va
lidus. ⁊ post manumissionē nullus affu
it cōsensus. Si vero de dicta pn̄ia non
cōstat ꝓcedat secūda opinio Nā semł
cōsensit i mulierē vt in liberā: ⁊ exquo
nō cōstat de reuocatōe: in cōsensu itel
ligit̄ ꝑseuerare: vt in. c. maiores. ad fi.
ex̄ de bap. Et lꝫ a p̄ncipio nō fuēit lib̄a
sufficit ꝙ nūc sit lib̄a. Nā cessante cā
impedimēti cessat ⁊ impedimētuꝫ. ex̄
de appel. cum cessante. B.

¶ Quid si liber contraxit cum ancil
la ignoranter ⁊ illa durante ignoran
tia contraxit cum alio non ignorante
conditionem eius? Rn̄ᵒ ꝫm Guil. tenꝫ
matrimōium cum 2ᵒ cum nullum fu
erit primum. A. Idem in sum. con.
eo. ti. q. 4. B.

¶ Quid si lib̄a ignorāter ꝯ̄xit cū ꝫuo:
⁊ postea scita seruitute nihilominus
vult eē cū eo. ⁊ ille vult discedere? Rᵒ

ẜm Guil. Debet cõpelli ad ꝯsentiẽduȝ. Si tamẽ pẽdẽte cõpulsione ꝯhẽt cum alia: vel illa cũ alio: tenẽt mr̃imoniuȝ: vt Hosti. addit. A. Idẽ in sũ. con. eo. ti. q. 5. Et ad ꝑdicta fac. c. i. ex̃ de eo q dux. in ma. quã pol. per adul. B.

¶ Quid si qs cõtrahit ignorãter cũ ancilla: ſȝ postq̃ ſciuit exegit ab ea debitũ: nũquid postea poterit ab ea separi ℟. ẜm Guil. Si ex his que prius audiuit habuit ꝓbabilẽ opinionẽ ꝺ seruitute eius: ꝛ nihilomin⁹ exegit debitũ nõ põt eã relinquere: vt i ꝑ. §. dictũ est. Si habuit opionẽ leuẽ ꝛ temẽariã: tũc nõ obstãte ꝙ exegit debitũ: poterit cũ veritatẽ certius sciuerit separatõeȝ petẽ ar. ex̃ de sen. exco. inquisitõi. Naȝ dubitans ꝓ ignorãte hẽndus est. C. de cõdi. indebi. l. vlt. A. Idem in sum. con. eo. ti. q. 6. B.

¶ Quid de illo q mouit ꝯ vxorẽ qõnẽ conditionis. ꝛ illa lite pendẽte petit debitũ. ℟. ẜm Tho. in expõne lr̃e quarti sniarũ. dis. 36. Si non ẽ certus de seruitute vxoris: debȝ reddẽ debitũ ad mãdatũ eccl̃ie sine suo ꝑiudicio. ꝛ in h⁹ casu cognoscit eam ex ꝑmo consensu: nõ ex nouo. Si autẽ constat ei de seruitute vxoris: vl̃ ꝓbabiliter ꝑsumit: nõ dȝ ei reddere debitum etiã si ecclesia ꝑcipiat: quia vel sibi ꝑiudiciũ faceret si eam affectu vxorio cognoscẽt vel fornicaret ꝛ mortalit peccaret. A. Salua reuerẽtia nisi euident ꝛ manifeste constet ꝓpter ꝓbabilẽ ꝑsumptõem impedimẽti non dȝ denegare debituȝ. ex̃ de sen. exco. inquisitõi. ibi. Ueꝝ cũ conscia pulsat aium ex credulitate ꝓbabili et discreta q̃uis non euidẽti ꝛ manifesta debitũ quidẽ reddere põt: sed postulare non debȝ: ne in alterutro: vel ꝯ legẽ cõiugii: vel ꝯtra iudiciũ conscie cõmittat offensam. Et ꝑ ꝑdicta põt cõcordãi diuersitas opinionũ q̃ referũtur in sũ. cõ. eo. ti. q. 7. B. De mr̃imonio seruoꝝ: vide. i. seruus 3°. ꝑ totum.

IMpedimentum

quarto de impedimento voti. Utrum votũ de continẽtia impediat mr̃imoniũ. ℟. Duplex ẽ votũ. Quoddã est solẽne qꝺ. s. fit per susceptõem sacri ordinis: aut per ꝓfessionẽ exꝑssaȝ vel tacitã factã alicui de religionibus approbatis. ꝛ tale votũ impedit mr̃imoniuȝ ꝯtrahẽdũ ꝛ dirimit ꝯtractũ. Aliud est votũ nõ solẽne: sed simplex. ꝛ hoc si fiat de nõ ꝯtrahẽdo vl̃ de castitate. ꝛ h⁹ modi ipedit matrimoniũ ꝯtrahẽdũ. et quãto manifestius ẽ emissũ tanto maior debet pena transgressori. nõ tamẽ dirimit mr̃imoniũ iã contractũ: ex̃ eo. ꝙ votũ. li° 6°. Et de h° vide i seq̃nti. §.

¶ Quomodo debeat intelligi ꝙ votũ simplex impediat mr̃imoniũ ꝯhendũ? ℟. ẜm Ray. Intm̃ impedit ꝙ si ille q fecit tale votũ postea ꝑstiteit iuramẽtum alicui ꝙ eã ducẽt: dȝ votuȝ implẽ ꝛ agere pniam de iuramẽto illicito: ex̃ qui cle. vel vo. rursus. Idẽ Hosti. Qꝺ si primo iurauit ꝛ postea vouit. in hoc casu ẜm Hosti. ꝛ Goff. ꝑualet iuramẽtum. potest tñ intrare religionẽ: vt ex̃ de spon. cõmissũ. Quod si post tale votum cõtrahat per verba de pñti: nõ poterit cognoscere vxorem sine peccato mortali: quia adhuc potest intrare religionem. Postq̃ vero cognouit iam factum est ei illicitũ non reddẽ debituȝ. Unde lȝ petere non debeat: reddere tenetur siue petat exꝑsse siue inṫpretatiue: qꝺ dico quia alit esset nimis onerosum vxori si oporteret semꝑ exꝑsse petere. hec Tho. in 4°. dis. 38. A. Con. his ꝑe. vt in sũ. con. li°. ꝑ. ti. 8. q. 21. B.

¶ Quid rñdendũ cũ ꝑsona que fecit votũ simplex querit an possit mr̃imoniũ cõtrahere? ℟. ẜm Hosti. Debȝ rñderi ꝙ nõ. Et si vltra querit dicẽs. qd si ꝯtrahero: nũqd tenebit mr̃imoniuȝ? nõ dȝ respõdere: alr̃ peccat. qꝛ dat occasionẽ mortalit peccãdi. A. aut mẽtit. Unde talib⁹ aggrauãdũ est peccatũ: qꝺ committũt in cõtrahẽdo. ꝛ cauẽdũ ne det occasio cõtrahẽdi ẜm eũ. Hosti. ꝛ in sũ. confes. eo. ti. q. 22. B. De votis multa

alia habes.i.votuz.per totuz.

Impedimentum

5ᵘˢ de cognatione carnali. Hic primo sciendu3 quod triplex est cognatio.s. carnalis que dicitur consanguitas. spūalis q̄ dr̄ cōpr̄nitas: et legal' q̄ dr̄ adoptio.
¶ Quid ē cōsanguitas. R° s3 Ray. Est vinculū personaru3 ab eodem stipite descendentium carnali ppagine contractum. Et dico stipitem illam persona3 a qua aliqui duxerunt originē. Unde et cōsanguinei dicuntur quasi de vno sāguine procedentes. A. Con. et alii doctores: vt in sum.con.li° 4° ti.6° q.i. B
¶ Consanguinitas autem habet tres lineas.i. procedit triplici ordine. Pria nanq3 linea dicit' ascendentium: vt pater auus et huiusmodi. Secunda descēdentiu3: vt filius nepos. Tertia collateralium: vt fratres et fratru3 filii: qui et patrueles dicuntur. Hec eadem intellige in feminis: vt in matre et auia. i filia et nepte. et duabus sororib' et filiab' earu3. A. Idem in sum.con.eo.ti.q.3. s3 Ray et alios doctores. B.
¶ Quomodo computātur gradus cōsanguinitatis. R° In linea ascendētiū vel descendētium quelibet psona addita alicui facit gradum. Unde pater et filius sunt in pmo gradu. nepos in 2° pnepos in 3° Sed in linea collateraliu3 aliter computantur sm leges: et aliter sm canones. Nam sm leges in cōputādo debemus reuerti ad stipitē.s. ad cōmunē persona3. et ita duo fratres sunt in 2° gradu. et filii duoru3 fratrū sunt in 4° gradu. Na3 computātur oēs persone.s. ascendendo vsq3 ad stipitem. et inde descēdendo. Sed s3 canones i linea collateralium nō oport3 reuerti ad stipitem. gn potius per se duo fratres sūt in pmo gradu. horū filii in 2° et ita vlterius. ex̄ de consan. et affi. tua nos. et ex̄ de testi. lic3 ex quadam. A. melius. 35. q. 5. ad sedem. B.
¶ Usq3 ad quem gradū phibetur et non tenet matrimoniu3. R° sm Jo. an. Inter ascēdētes et descēdentes puro ppetuā phibitōem. A. Alii dicunt solū vsq3 ad quartū gradū etiā in linea recta sicut et in transuersali. Alii autem tenent pmā dicentes quod si Adam viueret nō posset cōtrahere cu3 aliqua muliere. Et hanc vidētur sequi Pe. et Hosti. vt in sum.con.eo.ti.q.5. B. S3 inter collaterales est vsq3 ad quartū gradū computādo sm canones. ex̄ de consan. et affi. nō deb3. gnimo si alique persone attinēt sibi ex vna parte in pmo 2° vel 3° gredu. et ex alia parte in 5° bene poterunt cōtrahere. qnia in cōsanguinitate semper est standū remotiori persōe ex̄ de cōsan. et affini. c. vlt. A. Nisi esset consuetudo quod fieret a gradu stipiti pximiori. tunc. n. illa oino seruāda sunt. et quo ad impediendū et dirimēdū matrimoniū. vt in. c. qd̄ dilectio. de cōsan. et affi. B. Et nō sm Hosti. quod l3 consanguinitas q̄tum ad mr̄imoniū cōtrahēdum terminet' in 4° gradu. nec etiam cōmittat' incestus in vlteriori gradu. tamē q̄tum ad successionem hereditatis durat vsq3 ad decimū gradū. vt habes sup̄ hereditas. §. 3° A. Et ibi de h° dictu3 est in additione. B.

Impedimentum

6ᵘˢ de cognatōe spūali q̄ cōiter est cōpatnitas. Ubi sciēdū quod cognatō spūalis pueniit ex h° quod qs cōfert sacr̄m baptismi seu cōfirmatōis vel suscipit siue tenet illum cui tale sacr̄m cōfert'.
¶ Inter quas personas contrahitur cognatio spūalis. R° Inter baptizatū et eū qui suscipit. Itē inter baptizatu3 et filios suscipiētis. Hoc dico siue sint legitimi siue illegitimi. Sec' si eēnt adoptiui. q2 tales filii suscipiētis legitime copulant' baptizato siue suscepto. vt Inno. ponit. A. sup rubrica de cogna. spi. B. Item contrahitur int' baptizatum et vxorem suscipientis si ante susceptionē cognita fuit ab eo. Itē inter suscipientē et parētes baptizati. Et hec cogtio impedit et dirimit mr̄imonium

post cōtractū. Et que dixi de suscipien
te intellige de baptizāte. ꝛ idē de sacro
ꝯfirmatōis. ex̄ eo. neduz. li.º 6.º In aliis
sacris nulla cognatio spūal' causatur.
ex̄ eo. q̄uis. li.º 6.º Per cathecismū vero
contrahit spūalis cognatio: que tm̄ im
pedit ꝯhēdū: sȝ nō dirimit ꝯtractū. ex̄
eo. ꝑ cathecismū. li.º 6.º

¶ Quid si plures sint suscipiētes. R̷.º
Prohibet' ne fiat. de cōse. dis. 4. nō plu
res. ꝛ silr̄ i cōfirmatōe. A. vt in eo. c. nō
pl'es. B. Si tn̄ fiat. cū oib' ꝯhit' cogna
tio spūalis. A. impediēs ꝛ dirimens:
vt in. c. q̄ sequit'. B. ex̄ eo. q̄uis. li.º 6.º
Sed tn̄ isti suscipiētes bene possūt con
trahere int' se. q2 nō ꝓhibēt': vt Inno.
ponit. A. Con. Hosti. vt in sum con. i.º
4.º ti. 7. q. 3. B.

¶ Quid si quis baptizat seu tenet ad
baptismū ꝓpriū filiū. R̷.º ſ3 Tho. i 4.º
dis. 42. si vir vel mulier hoc fecit in ar
ticulo nccitatis seu ꝑ errorē non impe
ditur exigere seu reddē debitū. ex̄ eo. si
vir. Si hō fecit ꝑ fraudē: ipedit' exigē:
sȝ tenet' reddere. Q̄ si vtq; fuit i frau
de: neuter pōt exigere sȝ vterq; tenet'
exactus reddere: vt Hosti. ponit. A.
Glo. Ray. eo. ti. §. vlt. sup hō. cōtracto. di
cit. q̄ etiā qui fecit in fraudē non ꝑdit
exactōez. quia nō reperit' iure ꝓhibitū
ꝓ quo vr̄ facē dictū. c. si vir. ex̄ eo. Sed
ꝓmū dictū cū Tho. tenē videntur Pe.
Hosti. ꝛ Goff. vt in sū. con. eo. ti. q. 2. B.
Et addit q̄ meli' esset q̄ vterq; conti
nēt. Eodē etiā mō si vir teneat aliquez
filiū vxoris sue vl' vxor filiū mr̄iti sui
si ex ignorantia excusat'. si ex malitia:
sua fraus non dȝ ei patrocinari: nec ꝓ
pter hoc pōt ꝺbitū subtrahere: sed nō
potest exigere. Con. Pe. ꝛ Ber.

¶ Utrū spūalis cognatio ꝓcedat ad ne
potes ꝛ vlteriores: R̷.º Nō. q2 nō habȝ
gradus. Filia q̄ppe mea spūalis lȝ nō
possit cōtrahere cū filio meo. pōt tn̄ cō
trahere cum filio filii mei: ar. 30. q. i. c. p̄
A. Hoc dixit Inno. sup rubrica ex̄ de
cogna. spi. q̄ ꝛ nōtur in sum. con. dicta
q. 3. B.

¶ Utrū aliq̄s possit successiue hr̄e in
vxores duas cōmr̄es. R̷.º Pȝ ex dict' i
§. 2.º q̄ si ꝑma tua vxor tēuit filiū alti'
an̄q; cōmisceris ei: poter' hēre illā alte
rā. Si vero tēuit postq̄ fuit a te cogni
ta nō poter' secūdā hēre: eo q̄ ꝯpater
eius factus es. Si āt alia mulier tenu
it filiū vxoris tue quē de alio viro ha
buit: illa mulier ē cōmater vxoris tue:
sed tua nō: siue illa tenuerit an̄q; inter
vos esset carnalis copula: siue post: iō
poteris illā hr̄e. Et silr̄ si filius tu' quē
de alia genuisti ab aliquo suscipiatur:
tūc suscipiēs est cōpat' tuus: nō autem
vxo ri tue. Un̄ si cāus tue mort' euēirȝ
suscipiēs posset cōtrahere cū illa que
fuerat tua vxor: vt Inno. dicit. 30. q. 4.
Qui spūalē. A. Iō i sū cō. eo. ti. q. 10. B

¶ Utrū si aliquis cognouit aliquā for
nicarie. ꝛ postea fit cōpat' alicui' alteri
us: puta leuat aliquē de sacro fōte: nū
quid etiā illa mulier fornicaria fit cō
mater. R̷.º ſm Tho. in 4.º dis. 42. Dicen
dū q̄ sic̄ ꝯpat'nitas trāsit i vxorē que a
viro fuerat ꝑus carnalr̄ cognita eo q̄
iā effecti sunt vna caro: vt. 30. q. 4. si q̄s
ex cōiugio: pari rōne videt' trāsire ad
aliā mulierē carnalr̄ cognitā: q̄uis nō
sit vxor. Idē sētit glo. sup dicto. c. si q̄s
dicēs q̄ per fornicariū coitū acq̄ritur
ꝯpaternitas. q2 vna caro efficiūtur. 32.
q. 4. in eo. nā ꝛ affinitas acquirit' ꝑ for
nicariū coitū. 35. q. 3. de incestis. ꝛ. c. non
eā. ex̄ de eo q cogno. con. discretionem.
Tenet' igit' ꝓ vero q̄ cōpat'nitas ꝯtra
hitur: vt ꝓbat' per ꝑdicta iura: lȝ q̄buſ
dā mirabile videat'. Iō tenēdū q̄ sic.
cui dicto Io. an. con. i 6.º A. Uere mira
bile est dictū hoc: vt ex peccato abho
minabili oriat' parētela spūal': sicut ex
glacie calor. Et si hec forer mētrix pu
blica eēt mat' spūalis siue cōmater q̄si
oium de ciuitate: ꝛ multa valde forēt
m̄rimōia illegitima ꝓpter mltas que
iugiter fiant fornicatōes. cū tn̄ vt con
stat edictū de matrimonio sit ꝓhibito
rium vt q̄libet admittat' qui spālite
nō ꝓhibet'. Nec in hoc casu apparet

aliquam ꝓhibitōem a iure fieri. Nec
obstat ꝙ carnalis copula sit cā trāsmit
tendi ꝯp̄rnitatē de viro ad vxorē. ⁊ eꝯ.
q̄ illa nō est cā solum sed ⁊ sacr̄m m̄ri
monii. Unde nō repit̄ aliqđ ius dictās
hāc trāsmissionē fieri nisi in ipso m̄ri
monio. ⁊ ita etiā affirmat glo. Ray. vt
pꝫ in sū. con. liᵒ. 4ᵒ. ti. 7. q. xi. Silr̄ ⁊ alii
vt ⁊ pꝫ in dcō. c. si qs ex cōiugio. Puto
tamē ꝙ ꝓpter rei grauitatē ⁊ doctorū
varietatē sup hoc nō sit p̄cipitanda sē
tentia: sed potiꝰ dn̄s papa cōsulēdus.

¶ Utrū liceat ꝯtrahere m̄rimonium
cū sorore filie mee spūalis. R̄ᵒ. Quāq̄
cū filia mea spūali nō liceat vt dictuꝫ
est s̄. §. 2ᵒ. alr̄ eēnt sepandi. 30. q. i. de eo.
33. q. 4. si qs cū m̄re. a cōiugio tn̄ sororis
non opꝫ abstinere: sed cōcedit̄. 30. q. 3. il
lud etiam. A. Idē in sum. con. eo. ti. q.
iz. sm̄ Ray. B.

¶ Utrū ille q̄ baptizauit aliquā post
to ꝙ sit laicus vel in minoribꝰ ordini
bus possit cōtrahere cū illa. R̄ᵒ. Nō. q̄
filia sua spūalis est. ⁊ si cōtraheret di
rimēduꝫ eēt. ex̄ eo. nedū liᵒ. 6ᵒ. Silr̄ nec
ille quē p̄sbyter baptizauit potest du
cere filiā carnalē ipsius p̄sbyteri. ex̄. e.
c. vlt. nec filiꝰ p̄sbyteri pōt illā ducere
quā p̄sbyter ille baptizauit. Et idē de
crismate seu cōfirmāte dicēdū per p̄di
cta iura. Secꝰ de sacro pnie aut alus sa
cramētis: vt s̄. §. 2ᵒ. dictum est.

¶ Utrū filii duoꝝ cōpatrū possint ma
trimonialr̄ copulari. R̄ᵒ. Sic. siue sint
geniti an̄ cōpat̄nitatē siue postea. exce
pta solū illa ꝑsona ꝑ quā cōpat̄nitas ē
ꝯcta que nunq̄ pōt copulari alicui fili
oꝝ sui p̄rīs spūal. 30. q. i. sup qbꝰ. ⁊ c. pita
ciū. ⁊ c. nō oꝫ. ⁊ ex̄. e. c. p̄. A. nisi consuetu
do ecclesie que scādalū generet aliter
se hēret. vt ex̄ de cogna. spi. c. p̄. Et hoc
casu seruāda est forma cōsuetudis taꝫ
i cōtrahēdo q̄ i dirimēdo. ⁊ nō soluꝫ ec
clesie ꝓp̄e: sed etiā metropolitane vel
aliaꝝ circūpositaꝝ. eo. ti. c. super eo. vbi
etiā pꝫ ꝙ sp est honestū ⁊ ꝯueniēs ab
hꝰmodi cōiugiis abstinē: nō aūt est ne
cessariū nisi rōe ꝯsuetudīs: vt dcm̄ ē. B.

¶ Utrū p̄r possit cōtrahē cū illa quā
filiꝰ eius leuauit. R̄ᵒ. Pōt: vt nōtur. 30.
q. 3. illud. A. in glo. q̄ etiā dicit qđ seq̄t
Rō aūt est. q̄ vt p̄tactū est edictuꝫ de
m̄rimonio est ꝓhibitoriū. vt qui spālr̄
nō ꝓhibetur admittat̄. vt notat Ray.
in ti. de ipedimēto ꝯditōis. §. i. B. Sed
filius nō pōt cōtrahere cū illa quā pat̄
leuauit. vt ibidem dicit̄. ⁊ in. §. ꝓximo
p̄cedenti habes.

¶ Quid si aliqs vult eē patrinꝰ. A.
Melius puto diceretur non vult esse
ideo fingit. B. ⁊ simulat se tangē pue
rū. sed nō tangit ⁊ r̄ndet verba solita.
R̄ᵒ. sm̄ Guil. Nō efficitur patrinus ni
si tangat ip̄m tenendo seu leuando de
sacro fonte. Et simile dicēdum est đ cō
firmatōe. A. Idem in sum. con. eo. ti. q.
2i. B. Si vero teneat ⁊ nō respōdeat
credo ꝙ nihilominus efficit̄ cōpater.
si itendit agere vt verus patrinus. A.
i. illud quod agit patrinꝰ etiā si nō in
tendat eē cōpater. vt pꝫ in sū. con. eo. ti.
q. 22. vbi hoc clarius ponitur. B. Nā
responsio non ē đ substātia ꝯp̄rnitatis

¶ Utrꝫ aliquis possit fieri cōpater al
teriꝰ ꝑ ꝓcuratorē. R̄ᵒ. Si loquamur so
luꝫ q̄tum ad effectū nō erit dubiū. q̄a
ad talem effectū ꝓmittēdū vel tenen
dū etiā per ꝓcuratorē qs r̄ndere pōt.
Sꝫ si loquamur q̄tum ad verā cōpat̄
nitatē ⁊ cognatōem spiritualē. nō pōt
cōtrahi ꝑ ꝓcuratorē. vt ponit Archi. ꝑ.
l. post mortē. ff. de adop. A. Ibi dicit̄.
Neq̄ adoptare nꝫ arrogare qs absens
neq̄ ꝑ aliū huiusmōi solēnitatē agere
pōt. B. Et qđ videt̄ ꝯ. ex̄ đ ꝓcura. c. fi.
libᵒ. 6ᵒ. A. Ibi dicit̄ ꝙ m̄rimoniū pōt
cōtrahi ꝑ ꝓcuratorē h̄ntē ad hoc spāle
mādatū. B. soluit̄ sm̄ eū ꝑ id qđ nōt̄
ex̄ de ꝯse. ecc. aqua. A. Ibi dicit̄ ꝙ ep̄s
nō pōt cōmittere recōciliatiōeꝫ eccl̄ie
simplici sacerdoti. ⁊ sic qđ coheret per
sone non pōt per alium adimpleri. Ad
qđ ēt facit. c. fi. ex̄. de offi. dele. Exp̄ssio
aūt cōsensus per quē cōtrahitur m̄ri
moniū bn̄ pōt fiēi per aliū. dcō. c. fi. đ ꝓ
cur̄. B. Iđ Io. an. i q̄dā qōe disputata.

¶ Utrum in pluribus actibus sacramentalibus requiratur plures patrini. R. In cathecismo baptismo et confirmatione unus et idem patrinus esse potest si necessitas cogit: sed non est consuetudo romana quin potius per singulos actus singuli suscipiant. de conse. dis. 4. in cathecismo.

¶ Utrum ille qui non est baptizatus possit aliquem suscipere in baptismo. vel qui non est confirmatus possit tenere in confirmatione. R. secundum Tho. et Pe. Non. quia talis non est membrum ecclesie cuius personam gerit tenens ad sacramenta. de conse. di. 4. in baptismate. Et si de facto siue in necessitate leuat vel tenet seu etiam baptizat: non contrahit aliquam spiritualem cognationem. Et hoc addit Al. quod si alter coniugum est baptizatus: tamen per eum non transit cognatio ad non baptizatum. Idem in confirmatione. A. Glo. in dicto .c. in baptismate. Idem dicit quo ad suscipientes: sed secus dicit esse in baptizante. Glo. etiam Ray. dicit quod huiusmodi cognatio spiritualis contrahitur etiam inter iudeos: quando unus tenet vel suscipit filium alterius in baptismo vel confirmatione: vt in sum. con. eo. ti. q. 5. Al. simpliciter con. cum positis in hoc §. Dubium est: ideo puto quod tutior pars est eligenda. B. Quid si baptizatus teneat filium non baptizati seu infidelis: bene contrahit compaternitatem. vide supra confirmatio sacramenti. §. penultimo.

¶ Utrum religiosus possit fieri patrinus vel compater. R. Prohibitum est abbatibus et monachis puerum de baptismate suscipere vel baptizare. et hoc. 16. q. i. placuit. de conse. di. 4. non licet. Idem intelligendum est de omnibus religiosis et canonicis regularibus. extra de postu. ex parte. Non enim licet religiosis commatres facere propter familiaritatem que solet inde prouenire. A. Idem in sum. con. eo. ti. q. ult. B.

Impedimentum

septimo de cognatione legali que fit per adoptionem. Ubi sciendum quod per adoptionem proueniunt tres species legalis cognationis. Prima est ascendentium et descendentium que attenditur inter patrem adoptantem et filium seu filiam nepotem vel neptem et huius adoptatos: et hec indistincte impedit matrimonium quoniam pater adoptator non potest contrahere cum filia adoptiua: nec etiam cum adoptiua nepte et hoc. 30. q. 3. ita diligere. A. etiam post emancipationem. in Insti. de nuptiis. §. ergo. B. Secunda species est collateralium. scilicet inter filium meum naturalem et adoptiuum. et hoc impedit matrimonium quamdiu sunt in potestate patris eiusdem. Ea vero soluta. scilicet morte patris vel emancipatione filii naturalis vel adoptiui non impedit. extra eo. c. per. 30. q. 3. post susceptum. Tertia species est quasi legalis affinitas inter patrem adoptantem et vxorem filii adoptiui. similiter inter filium adoptiuum: et vxorem patris adoptantis. et hec iterum omni tempore impedit matrimonium: quoniam pater adoptator numquam potest contrahere cum illa que fuit vxor adoptiui filii etiam post emancipationem. ff. de ritu nup. l. nam adoptiuus. A. Incipit adoptiuus. B. in Insti. de nuptiis. §. per. et 2o. Similiter filius adoptiuus post mortem patris adoptiui non potest contrahere cum illa que fuit vxor adoptiui patris: vt in dicta. l. adoptiuus. A. Etiam si ante mortem fuisset emancipatus: vt ibi Et de dictis etiam speciebus habetur in sum. con. li. 4. ti. 8. q. 8. B.

¶ Numquid filius adoptiuus potest contrahere cum filia illegitima patris adoptiui. R. non secundum Guil. Credo sine preiudicio quod sic. et quod filius illegitimus potest contrahere cum filia adoptiua: sicut notat Hug. 30. q. 3. in principio. Nam illegitimus filius vel filia non est in patria potestate. A. Insti. de nuptiis. §. penultimo. B. Con. Hosti. et Inno. A. Idem in sum. con. eo. ti. q. 9. B.

¶ Utrum adoptiuus qui non transit in potestatem patris adoptantis possit contrahere cum filia legitima ipsius adoptantis. R. De hac questione varie sunt doctorum opiniones Dici tamen potest quod cum iura canonica indistincte loquantur de adoptione non distinguendo inter simpliciter adoptatum. scilicet qui non transit in potestatem. et arrogatum qui transit: innuunt quod quantum ad hoc idem ius sit in vtroque casu. scilicet quod non possit nisi adoptio prius dissoluatur per emancipationem que emancipatio quantum ad aliquid habet locum etiam in adoptato: licet non transeat in potestatem. C. de adop.

.l.pñt.§.si aũt. A .vz quo ad successionẽ ab intestato: que daṫ adoptiuo tali nõ emãcipato: sed nõ daṫ emãcipato: vt ibi.ꝛ sic ipediṫ matrimoniũ cũ adoptato siue trãseat in ptãtẽ siue nõ. Hoc tenet Hosti.ꝛ Guil.i spe. Sed Inno.tenz ꝙ non ipediaṫ qñ adoptat⁹ nõ transit i ptãtem: vt nõt dñs An.de Bu.eẋ eo.c.vno.ꝛ idẽ dicit Hug.vt in sũ.con.eo.ti.q.io.vbi nõ pferṫ aliq̃ istaꝝ opionuz Siłr nec per dñum Anto.vbi s̃.iõ ñ vṙ pcipitanda ssententia. B.

¶ Quid si adoptiuus durãte adoptõe contrahat cum filia legitima adoptantis: nungd solueṫ mr̃imoniuz? R̃n° ẽm Guil. Quidã dixerũt ꝙ nõ: sed verius tenẽdũ qd̃ Hug.nõuit.s. ꝙ soluaṫ: eẋ eo.c.vno. A .Ibidẽ dṙ. Quãdiu durat adoptio inter tales nuptie cõsistere nõ pñt.sed pmã tenet Spe. In secũdã autẽ.s. ꝙ magis matrimoniũ soluaṫ cõiṫ magis vidẽtur inclinari doctores: vt ibidẽ̃n õt dñs Anto.de bu.g ẽt dicit ꝙ prõptũ est dare remediũ.s.dissolueudi adoptõem: qua dissoluta poterit constare matrimonium. B.

¶ Sz nungd due persõe que ab eodẽ sunt adoptate possũt inter se cõtrahẽ R° ẽm Guil. Pñt.cũ nusq̃ꝫ reperiatur phibitũ: sicut ꝛ duo spũales filii alic⁹ cõtrahere possunt ꝛ spũales cum adoptiuis. Con. Hug.ꝛ Ber. A .Idẽ in sũ.con.eo.ti.q.xi. B.

¶ Utꝝ inṫ prẽm adoptãtẽ ꝛ prẽm adoptati siue mr̃em aliqua cognatio ↄtrahatur. R° ẽm Tho.ꝛ Pe.nulla. A .Idẽ in sum.cõ.eo.ti.q.iz. B .De mã adoptõnis ꝛ arrogationis habes plura supra. adoptio.

Impedimentum

.s°.de impedimẽto crimis. Sciendum p̃ ꝙ quedã crimina impediũt matrimoniũ cõtrahendũ: sed non dirimunt contractũ.ꝛ sunt septẽ. Primuz ẽ icestus.32.q.7.si gs viduã.ꝛ.c.qui dormierit.ꝛ.c.cõcubuisti. Secundũ est de illo qui interfecit ppriã vxorez.33.q.2.admonẽ.ꝛ.c.inṫfectores. Tertiũ qñ gs rapuit sponsã alteri⁹.27.q.2.statutum. Quartũ qñ gs isidiãdo mr̃imonio proprũ filiũ de sacro fonte leuauit vt posset pũare vxorẽ debito cõiugali.30.q.i.de eo. Quintũ quando quis inṫfecit sacerdotẽ: eẋ de pe.ꝛ re.qui p̃sbyteꝝ. Sextũ ẽ solẽniṫ penitẽs.33.q.2.de his.ꝛ.c.antiqui. Septimũ ẽ si gs monialez in vxorẽ sciẽter accipiat.27.q.i.hi q. Oẽs pdictos casus ponũt Ray.Tho.Pe.ꝛ Hosti.pter vltimũ: quẽ solus Hosti. addit. Licet aũt hec ꝛ forte multa alia impediãt ↄhendũ.si tamẽ timetur de incõtinẽtia dz eis ep̃s cõcedere licẽtiã nubẽdi: ar.33.q.2.antiqui.ꝛ.c.in adolescentia.ꝛ eẋ de eo q cog.con.vxo.sue.c.ex lr̃is. Et ẽm ꝙ addit Guil. A .s.ad proxime dictũ: qd̃ fuit Ray.vt in sũ.con.li°.3°.ti.9°.q.i.vbi hec notanṫ. B .sufficit licẽtia pprii sacerdotis: imo de consuetudine non seruatur iste rigor petendi licentiam.

¶ Que sunt crimina que dirimũt matrimoniũ iã ↄctũ? R° solũ duo. Primũ ẽ. Si qua mulier machinata fuit i mortem alicui⁹ vxoris: ꝛ ipãm cũ effectu occiderit aĩo habẽdi viꝝ illi⁹ i suum.ꝛ siłr si gs machinatus fuerit ꝛ cũ effcu occidẽit virũ alicui⁹ vt habeat ei⁹ vxorẽ: tales si cõtraxerint perpetuo sũt separãdi.3i.q.i.si gs viuẽte. Uel si gs interficit suã vt ducat illã cũ qua mechatur. hec Tho in 4°.dis.3i. Idẽ intellige si qua occidit ppriũ viruz: vt ducat illũ cũ quo mechaṫ. A .Idem in sũ.con.eo.ti.q.2.ẽm Ray.ꝛ glo.ei⁹. B .Qui casus ẽm quosdã intelligunṫ solũ si dum eẽt pmũ ↄiugiũ eo ꝙ ambo viuerent fuerat cõmissuz adulteriũ. A .Hoc dixit glo.Ray.ꝛ Goff. vt pz in dicta .q.2. B .Sed verior videṫ opinio Inno. et Hosti.dicentiũ ꝙ sola machiatio mortis cũ effectu sufficit ad dirimẽdũ matrimoniũ: lz nõ inṫuenẽit adulṫina pollutio: eẋ de ↄuer.infi.laudabilẽ. A .Ibi .n.nulla fit mẽtio d̃ adulṫina pollutõe B . H° ẽ pmũ crimẽ dirimẽṫ mr̃imõiũ

Secūdū ē adulteriuz. ⁊ hoc qñ adulte
rātes sibi p̃stant fidē ꝓmittēdo seu iu
rando ꝙ cōtrahent siue de facto ɔ̄hāt
Et intelligēdū si viuēte altero cōiuge
fuisset int̃ illos adulterina cōmixtio: si
ue fuerit añ dictā ꝓmissionē vl' ɔ̄ctum
siue p⁹. Nō si adulterina pollutio pri⁹
vel p⁹ nō iteruenēit nō impedit̃ matri
moniū. ex̃ de eo q cog. c. vlt. A. Ibi dr̃
Fide data ꝓmisit. Sz tñ sub noīe fidei
intelligit̃ etiā nuda ꝓmissio. Et h⁹mōi
ꝓmissio ē quasi q̃dā desp̄ōsatio de fu
turo. ſm glo Ray. ⁊ in sum. con. dicta
.q.2. B.

Quid si qs occidit maritū adultere
nō eo aio vt vxorē eius hēat: sed i bel
lo: vel casu: vel odio? R̃. ſm Inno. nō
dirimit̃ matrimoniū postea ɔtractum
nisi ad h⁰ intf̃icēt vt eā ducēt: ex̃ de cō
uer. īfi. laudabilē. circa fi. A. Idē in sū.
con. dicta. q.2. B.

Quid si qs p̃cepit mādauit vel con
suluerit iterfici ⁊ itfect⁹ est? R̃⁰ ſz Guil.
⁊ Hug. Idē ē ac si intf̃ecisset. Sz si non
mādauit aut cōsuluit: s; postq̃ȝ fuit int̃
fect⁹ ratū hūit. Dicēdū ꝙ l; al' in male
ficiis ratihabitio retro trahat̃ ⁊ man
dato eq̄paret̃: tamē ꝓpter hoc nō diri
mit̃ m̃rimōiū sequēs. Idē Lau. ⁊ Ber.
A. Idē in sū. con. dicta. q.2. B.

Quid si qs vxore viuēte de facto cō
trahit cum adultera? R̃. Distinguēdū
est. q2 aut ista sciuit eū hr̃e aliā vxorē:
aut nesciuit. Dico vſ ꝙ ad mortē p̄me
Si g⁰ qñ eā duxit ipsa sciuit ꝙ hēbat
aliā nō pōt cū illo in m̃rimonio eē. Si
ꝟo p̄us nesciuit ⁊ nūc mortua iā p̄ma
vxore de nouo scit: in p̃tāte ignorātis ē
m̃rimoniū ratificacē vl' diuortiū petē.
ex̃ de eo q dux. in m̃ri. quā polu. c. p̄. ⁊. c.
veniēs. ita tñ ꝙ si postq̃ȝ sciuit carnali
copule ɔsenserit nō poterit diuortium
petē: ar. ex̃ de diu. ser. c. ꝓposuit. ⁊. c. fi.
Nō si ab initio q̄dem fuit ignorās. sed
p̄ma viuente facta est conscia: non dz
pati ꝙ cognoscat̃ a viro: al' in ꝑpetuuz
m̃rimoniū ipediret̃: ar. ex̃ de p̄scrip. c.
fi. in fi. ⁊. c. plr̃. in fi. 34. q.2. si ꝟgo. ex̃ ō se
cū. nup. dñs. Hoc itelligēdū ē si p̄mum
m̃rimoniū veꝝ fuit: alit̃ nō p̄stat ipedi
mētū 2°. ex̃ de spō. veniēs. ⁊ de m̃ri. ɔ̄ct.
ɔ̄ int̃. ecc. ex litteris. in fi. A. Idē in sū.
con. eo. ti. q.3. B.

Sz qd si mortua iā p̄ma vir non co
gnoscat carnal'r istā scd̄am adulteram
q̄ secū ɔ̄xerat ignorāter: sed ip̄e ducat
tertiā? R̃⁰ ſm Hosti. Debz manē cū ter
tia q̃ȝuis postea etiā cognoscat secūdā
ex̃ de eo q dux. in ma. quā pol. c. veniēs
Nā p̄ma viuēte cōsensus hit⁹ cū scd̄a
nullus fuit. ⁊ sic nō impedit cōsensum
tertie. Qui etiā si p⁹ mortē p̄me carna
lit̃ cognouerit scd̄am q̄ fuit ignorans
istū hūisse vxorē: ⁊ nunc ēt ignorās est
⁊ ip̄e vir ɔ̄hat cū tertia: adhuc cuz ter
tia remanebit: ex̃ de elec. bone memo
rie 2°. ex̃ de cōiu. ser. ꝓposuit. c. fi. A. Iō
in sū. cō. eo. ti. q.4. ⁊ 5. B.

Quid si qs vxore viuēte ɔ̄xit ⁊ ɔcu
buit cū duab⁹ vl' p̄libus insciis? R̃⁰ ſm
Hosti. Locus ē gratificatōi. q2 q̃ȝcūq̃ȝ
certificatā ō morte p̄oris p̄mo cogno
uerit p⁹ mortē legitime illā tenebit. ex̃
de eo q dux. i matri. quā pol. veniens.
A. Idē i sū cō. eo. ti. q.6. B.

Sz q̄liter itelligit̃ inscia? R̃⁰ ſz Ho
sti. Qñ hz iustā cām ignorādi. vt q2 vir
de remotis veniēs asserebat se nō hr̃e
vxorē: ex̃ de spon. cū ap̄lica. Iō aūt in
scia nō cōmittit adulteriū: q2 nō ɔmit
tit̃ sine dolo. ff. ad .l. iul'. de adult̃. l. p̄lr̃.
34. q.2. i lectū. A. Idē in sum. con. eo. ti.
.q.7. vbi etiā addit̃ ſz eundē q̄lr̃ filii ēt
legitima viuēte suscepti legitimi cen
sent̃. si tñ scd̄m m̃rimoniū i facie eccl'e
sit ɔ̄ctū. Secus si clam. B.

Utꝝ liceat vxorē adulterā occidere
R̃⁰ ſm Pe. ⁊ Tho. in 4°. dis. 37. Hoc po
test ɔtingē dupl'r. Uno mō q2 ꝑ iudici
um iudicis ꝓcurat occidi. ⁊ hoc lic; fa
cere amore iusticie nō liuore vindicte
Nō tñ licet h⁰ fieri i iudicio eccl'astico:
sed ciuili. Scd̄o mō quia ex̃ iudiciū oc
cidit eā vl' facit occidi. ⁊ h⁰ nūq̃ȝ licet ſz
legē diuinā: l; aliq̄ casu ꝑmittat̃ ſm le
gē ciuilē: vt qñ inuenit vxorē in actu

adulterii.tūc.n.lex ꝓpť incitamētū nō punit. A. Idē in sū.cō.eo.ti.q.9. B. Et intellige hoc dictū Tho.ꝙ lex non punit.s.ꝙ nō punit morte sicut alia homicidia.sed tñ punit satis acriter: vt.ff.ō adul.l.si adulteriū.§.si marit᷒. A. al' incipit.§.imꝑatores.ꝛ ibi dr.ꝙ si occisor erat humilis seu vilis ꝑsona: dānať ad opus ꝑpetuū.si aūt honestior.in īsulā relegatur. B. Utꝝ aūt viro liceat occidere adulteꝝ: vide.ī. lex.§.9º. In foro cōscie tales nihilomin᷒ puniendi sunt. Utrū magis peccet q occidit vxorem ꝙ̄ qui occidit matreȝ: habes īfra. vxor.§.plť.

I Mpedimentum

9º. de dispari cultu.s.qñ fidelis cōtrahit cū infideli vt iudeo cū pagāo A. vl' heretico ꝺm Ray.ꝛ in sū. con. li.º 4.º ti.io.q.i.vbi hec notanť.ꝛ dr in.c.caue.qō sequiť.ȝ de h.º ī.§.plť. B. Nam tūc nullū est mřimoniū.28.q.i.§.ex his.ꝛ.c.caue.Unde Exo.34.º ꝛ Deut.º 7.º ꝓhibuit dñs dicēs. Nō accipies vxorē filiis tuis de filiab᷒ alienigēaꝝ: ne traducāt eos p᷒ deos suos. Sȝ tñ spōsalia bñ possunt ɔtrahi cū hac cōditione.si infidel' cōuertať.28.q.i.non oȝ. Hec etiā Tho.ꝛ Pe.in 4.º dis.39. A. sil' cum Ray. vt i dicta.q.i. B.

Sȝ nūqd inť īfideles pōt eē mřimoniū? R.º ꝺm Tho.i 4.º dis.39. Inter infideles pōt eē mřimoniū inꝙ̄tum ē ordinatum ad ꝓlem ꝺm perfectionem nature: non autem inquantum est ordinatum ad ip̄aȝ ꝺm perfectōeȝ gr̄e.ꝛ iō mřimoniū qdē ē sed nō perfectū. Uñ infidelis cognoscēs vxorē nō peccat si ꝓpter bonū ꝓlis aut illi᷒ fidei q̄ teneť vxori debitū reddat. Idē.56.dis. deide.

Utꝝ ɔiunx cōuersus ad fidē possit remanē cū vxore īfideli nolēte ɔuerti R.º ꝺm Tho.vbi s̄. Fidelis ɔuersus potest cū īfideli remanē sub spe ɔuersionis si eā i īfidelitate obstinatā non viderit.ꝛ bene facit commanendo. Et de hoc est cōsiliū Apli.i.ad Cori.7.º Nō tñ teneť: sed pōt dimittere eā etiā si ipsa velit ei cohabitare sine cōtumelia creatoris si cōuerti nō vult. A. Con. Ray. vt in sū.cō.eo.ti.q.2. B.

Quid si iudei vel pagani contraxerūt cū cōsanguineis ꝺm rit᷒ suos: nunquid post cōuersionē poterūt remanē R.º ꝺm Tho.in 4.º dis.36. Si ɔtraxerint i gradib᷒ dina lege ꝓhibitis Leuiti.18.º tunc siue vterqꝫ siue alť ad fidē ɔuertatur: nō possūt in tali mřimonio ɔmanē Si aūt ɔ̄xerint in ḡdibus ꝓhibiti per statutū eccl'ie: possūt cōmanere si vťqꝫ cōuertať.vel si vno cōuerso sit spes de ɔuersione alteri᷒. A. Idē in sum.con. eo.ti.q.4. Et facit.extra ō diuor.gaudemus. B.

Quid si infidelis q conuertiť hēat pl'es vxores? R.º ꝺm Tho.vbi s̄. Nō fuit veꝝ mřimoniū nisi cū ꝑ̄ma. qꝛ esset ɔ̄ legē nāe. Uñ si talis cū oib᷒ vxorib᷒ ɔuētať pōt cū ꝑ̄ma cohabitare.ꝛ alias debet abiicere tanꝙ̄ penitus extraneas.ꝛ si ꝑ̄ma cōuerti nollet: nō ꝓpť hoc est mřimoniū cū aliq̄ istaꝝ: sed pōt cū aliq̄ istaꝝ de nouo cōtrahē ꝺm moduȝ qui i sequenti.6.º§.diciť. A. Con. Ray. Hosti.ꝛ Ber.vt in sum.confes.eo.titu.q.5. B.

Quid si infidelis repudiata prima vxore aliā duxerit ꝛ conuertatur? R.º ꝺm Tho.i 4.º dis.39. Dicēdū ꝙ repudiū vxoris ē ɔ̄ legē nāe. Unde infideli nō licet repudiare.ꝛ iō si ɔuertať postꝙ̄ ipse vna repudiata alterā duxit: idē ē iudicium sicut de illo qui pl'es sil' vxores hēbat.qꝛ teneť ꝑ̄mā quam repudiauerat accipere si conuerti voluerit ꝛ aliā abiicere: vt dictuȝ ē i ꝓximo.§. A. Iō in sum.con.eo.ti.q.5. B.

Quid si ipsa conuerti noluerit? R.º ꝺm Tho. vbi supra. Si ipsa infidelis vult cohabitare viro fideli sine contumelia creatoris ꝛ sine hoc ꝙ ad infidelitatem inducat: potest qdem vir fidelis ab ea discedere: sed discedens non potest aliam accipere. Si āt hec vxor īfidelis nolit ei cohabitare: vel nō sine

ↄtũelia creatori. aut si ad ifidelitatem ptrahere nitat. in his tribus casib' vir fidelis discedēs pōt alteri p matrimoniũ copulari. A. Idē etiā si vellet eũ retrahere ad qõcunq mortale pctm. ex de diuor. gaudem'. §. qz aũt. vbi p' ea subditur. Quod si conuersum ad fidem: z illa conuersa sequatur anteq ꝑpter cās ꝑdictas legitimā ille ducat vxorē: eā recipere cōpellitur: nec potit dimisse obiicere fornicatōem p eo q nupserit alti nisi fuerit al' fornicata. B.

¶ Sz nũqd licet viro ad fidē cōuerso vxore exñte i infidelitate emittē votũ cōtinētie? R. ꝯm Tho. in 4°. dis. 39. Si post ↄuersionē viri sit aliq ꝓbabil' spes de cōuersione vxoris: nō dz vir votum cōtinētie emittere: nec ad aliud matrimonũ trāsire. qz vxor difficilius ↄuertet sciens se sic ꝑuatā esse. Si autem non sit spes de cōuersione pt ad sacros ordines vel ad religionē accedere ꝑus requisita vxore q ↄuertat. z tũc si p' q vir sacros ordies susceperit: vxō ↄuētat n ē sibi uir su' rddēd'. sz dz sibi iputare q i penā tarde ↄuersionis sue ꝑuatur viro suo. A. Idē i sũ. cō. eo. ti. q. 10. B.

¶ Si alter ↄiugũ cōuertat: ꝓles quez dz seq? R. ꝯm Tho. i 4°. dis. 39. Si ꝓles puenerit ad etatē ꝑfectā libere potẽit sequi parētē quē voluerit. Si aũt est i minori etate: tũc debz dari fideli: non obstante q idigeat matris obsequio ad educatōem. Hoc idē hēt. ꝯ. filius. §. 2°. A. Idē in sũ. con. eo. ti. q. 12. B.

¶ Quid si vterq cōiugũ tpe ↄcti matrimonii erat fidelis: nũc alt' labit i ifidelitatē? R. ꝯm Ray. Alt' nō pōt ↄhere

¶ Nec distiguo vtrz iteruenerit carnalis copula vel nō. nā in vtroq casu fidelis tũc tenet cōtinere. A. Idē in sũ. cō. eo. ti. q. 13. z facit ex de diuor. qũto. B.

¶ Quid si catholic' ↄhit cũ hētica baptizata: nunquid tenet mrimonium? R. ꝯm Tho. in 4°. dis. 39. Uerũ ē matrimoniũ qũuis peccet ↄhendo si sciat hēticā: ñ tñ ꝑpt' hoc matrimoniũ dirimetur. z eẽ. si aliqs cathecumin' sz nõduz baptizatus cũ aliq baptizata ↄhēt: nō eēt verũ mrimoniũ. Idē Pe. Al. z Ray. A. Idē i sũ. cō. eo. ti. q. 14. z. 16. B.

¶ Utrz infidelis vni' rit' possit ↄhere cũ infidelib' alteri' rit'. R. ꝯm Tho. vbi s. Potest. nisi per aliqd ius positiuũ eoz ꝓhibeat. qz tũc cult' disparitat' ipedit mrimoniũ. A. Lō. Pe. vt in sũ. cō. eo. ti. q. 15. B. De mā infideliũ multa habes. ꝯ. i. infidelis. cum aliis ad que remittit.

Impedimentum

.io. de violētia siue metu. vbi p sciēdũ q violētia siue mer' ex sui nā ēt sine ↄstitutōe eccle mrimonium excludit. qz excludit cōsensũ. A. sine quo mrimoniũ eē non pōt: vt in sum. cō. li. 4°. ti. xi. q. i. vbi hec notant ꝯm Ray. B Et qdē quid sit vis hēs. i. vis. §. i. Et qd sit metus. i. mer'. §. p.

¶ Utrz coactio ipediat mrimoniũ? R. Duplex est coactio. Quedā absoluta q fit p vim. z ista nō hēt cōsensũ ai i quē nō cadit coactio. Sz pōt eē coactio ad copulā carnis vel aliud extrinsecũ ad qd trahit persona iuita. z talis coactio qñ nō cōsentit i matrimoniũ nō efficit illd. Quedā āt coactio ē ↄditōata z ista fit p metũ quādo. s. quis cōsentit timore alic' mali. Sup quo sic distinguitur Duplex ē mer'. Quidā cadit in cōstātē virũ. z iste excludit mrimoniũ: ex. e. platũ. z. c. ad audiētiā. ex de spon. veniens. z°. Quidā ꝯo met' ē isufficiēs. s. q non cadit i cōstātē viz. z iste nō excludit mrimoniũ. ff. eo. neq timore. A. Idē i sũ. cō. eo. ti. q. 3. B. Quis aũt est met' qui cadit i cōstantē virũ hēs. i. metus. §. 2°. A. Positis ibi adde z viculatōem que df met' ↄstanti. ff. eo. l. neq timore Aduētēdũ ēt q talis metus dicit cadē in vnũ q nō dicit cadē i aliũ. z minor met' magis excusat feminā q viz. et sic iudex ꝯm diuersitatē personarũ vl' locorũ iudicabit qualis sit metus vel violentia. z sic vtrũ matrimonium sit aliquod vel nullum: vt notat in dicta

.q.3.vbi etiam dicitur ſm Hoſti. ꝙ ſi fi
lia timore mortis patris in aliquē con
ſentiat ꝙ verius eſt ꝙ non ſit mr̄imo
nium. quia non eſt liber conſenſus: licȝ
quidam ꝯrium dicant. B.
¶ Quid ſi quis in captiuitate contra
hat mr̄imoniū? R̄n° ſm Hoſti. ſi capt⁹
ē ab hoſtibus ſeruus fact⁹ ē. vn̄ nō alr̄
pōt cōtrahere niſi ſicut ſeruus: de quo
s̄. īpedimētum 3°. Si vero captus ē vt
cogatur ad tale matrimoniū cōtrahē
duȝ non valebit: ar. extra de ꝓcura. ac
cedens. Si vero ex alia cauſa detinet:
bene poteſt contrahere. A. Idē in ſū.
con. eo. ti. q. 4. Et de hoſtibus intellige
vt s̄. bellum p̄. §. 5° in additione. B.
¶ Quid ſi mulier poſt conſenſum co
actum morā trahat in domo mariti?
R̄° ſȝ Guil. Si mulier que allegat me
tum ſteterit per ānum ⁊ dimidium cū
marito. aut ēt minori tēpore. dū tamē
tantū ſit ꝙ iuxta arbitrium boni viri
p̄ſtandum ſit ꝓ conſenſu: non dȝ p⁹ ea
audiri: ex̄ d̄ ſpō. ad id. Cō. Hoſt. ⁊ Ber.
⁊ cōponitur ab eis verſus. Effuge cum
poteris ne cōſenſiſſe puteris: ar. ad h°
ex̄ de ſpon. conſultationi. A. Idē i ſū.
con. eo. ti. q. 5. vbi etiā ponit quod dicit
in. §. primo ſequenti. B.
¶ Sȝ quid ſi poſt conſenſum coactum
carnaliter cognoſcitur? R̄° ſm Pe. Si
hūit opportunitatē reclamādi: p̄ſumi
tur tacite conſentire in matrimonium
Qd̄ ſi coacta fuit ꝑ viȝ abſolutā ſiue
metū ſufficiētē n̄ eſt matrimoniū: ſed
ſi non fuit ſufficiens: tunc in iudicio q
dem exteriori p̄ſumitur ꝓ matrimōio
ſi tamen vere non conſentit non ē ma
trimonium.
¶ Quid ſi ad conſenſum coactum ap
ponit iuramentum? R̄° ſm Pe. Tale
iuramentum in foro quidem iudiciali
dicetur nō fuiſſe obligatoriū: tamē in
foro conſciētie conſulendū eſt ꝙ iple
at iuramētum: vel ſaltem ꝑ ſuꝑiorem
impetret abſolutōem. Con. Guil. ⁊ Hu
go. A. Idem in ſum. con. eo. ti. q. 6. B.
¶ Utrū cōſenſus coactus ſaltē ex ꝑte
cogētis faciat mr̄imoniū. R̄° ſȝ Tho.
in 4.° diſ. 27. Dicēdū ꝙ non. qr mr̄imo
nium claudicare non pōt. Si tn̄ p⁹mo
